

De Arena. CAP. CLXVII.

ARENA litoralis sole feruefacta, hydro-
picorum corpora resiccat, si capitete-
nus ea vndique obruantur. Torretur & ad a-
ridos fatus, pro milio aut sale.

De Cote. CAP. CLXVIII.

ECOTE Naxia quod exacuento ferro de-
terriunt illitum, alopecias ad pilum redu-
cit: virginumque mammas cohibet, nec in-
crescere patitur: potum vero ex aceto, lie-
nem absimit, & comitalibus prodest.

De Geode lapide. CAP. CLXIX.

GEODES lapis astringit, siccatur, caligi-
nes oculorum discutit. Illitus autem ex
aqua, mammarum testiumque inflamma-
tiones sedat.

De Terra. CAP. CLXX.

TERRA omnis, quæ quidem in medicum
usu venit, primam ac summam vim
habet refrigerandi, meatisque obducendi:
sed specie distat, quum alia hoc vel illo mo-
do preparata ad alia sit utilis.

De Terra Eretria. CAP. CLXXI.

IN genere terræ Eretriadis quædam vehe-
menter alba est, altera cinerea. Optima ve-
ro habetur ad cinereum coloreim vergens &
per quam mollis, quæque si per æramenta
tractim ducatur, violacei coloris linea-
menta reddit. Lauatur ut cerussa, aut hunc
in mo-

in modum: Ex ea quantum libuerit terito
seorsum, & aqua perfusa: ac vbi pessum ie-
rit, humorem leuiter excolato: terram verò
siccatam solibus iterum terito per diem, ad-
iecta aqua, ut vespere confidat. Matutino de-
inde colo excernito, demumque ad solem
tritain degerito in pastillos, quatenus fieri
poterit. Quod si assata tostáve desideretur,
terrae frusta ciceris magnitudine in fistile
perforatum coniicito, oréque vasis diligen-
ter obturato carentibus indito carboni-
bus, ac follibus continenter perflato. Vbi ve-
rò cinis in fauillas sese conuerterit, aut aë-
reum potius colorē contraxerit, exemptum
reponito. Vim habet astringentem & refri-
geratoriam, ac leuiter emollientem: caua
itidem explet, vulneraque cruenta glutinat.

De Terra Samia. CAP. CLXXII.

SAMIAE præfertur perquam candida, leuis
& tangentili linguæ glutinis modo adhæ-
rescens, insuperque succosa, mollis & fria-
bilis: cuiusmodi est quam aliqui collyrium
vocant. Duo enim sunt eius genera, nempe
quod modo dictum est, & quod Aster appellat-
latur, glebosum ac densum cotis in modum.
Vritur ac lauatur ut Eretria, vimq; consumi-
le habet: sanguinis excretiones fistit: & fæ-
minis fluxione vulnæ laborantibus cū flore
sylvestris Punicæ datur. Testiu quoq; & mā;

marum inflammationes illita ex rosaceo & aqua sedat: compescit & sudores: denique cōtra venenatorum mortis & exitialia medicamenta pota è vino auxiliatur.

De lapide Samo. CAP. CLXXXIII.

SAMIVS lapis in Samia terra inuenitur, quo aurifices ad poliendum illustrans dūnque aurum vruntur. Præstat in eo genere candidus & granis. Vis ei astrictoria & refrigerans: quapropter prodest stomachicis: potus: est & vis instrumenta sensum adiuvandi & ab iniuria vindicandi: ad oculorum fluxiones & ulcerā cū latē efficax est. Creditur & ad alligatus accelerare partus & conceptus fœminarum custodire.

De terra Chia. CAP. CLXXXIV.

CHIA eligi debet candicans, ad cinereum vergens colorem, & Samiae similis. Est autem glebosa ac tenuis, sed fictitiis formis differens. Effectus eius, qui Samiae: faciei ac totius corporis cutem erugat, illustrat & amabili coloris bonitate commendat: ac in balneis pro nitro deterget.

De terra Selinusia. CAP. CLXXXV.

IDEM effectus & Selinusiae: maximè vero laudatur quæ vehementer resplendet, candidaque est ac friabilis, qua que facillimè insuccum resoluitur, cùm primùm humore diluitur.

De

De Cimolia terra. CAP. CLXXVI.

CIMOLIA quædam est candida, altera ad purpureum inclinans, quæ innatā quādam habet pinguitudinem, & tactu frigida sentitur: & hæc quidem optima existimatur. Vtraque aceto diluta, parotidas & alia tuberculæ discutit: ambustis igni confestim inuncta, partes affectas à pustularum erupcione vindicat: testium duritas ac totius corporis inflammationes cohibet, insuperque aduersatur erysipelatis. In summa multipli sunt in vſu, dummodò genuinæ ac minime spuriæ assumantur.

De terra Pnigitiæ. CAP. CLXXVII.

QUAE Pnigitiæ dicitur, colore quodammodo Eretriæ similis est. Crassiusculis autem prædita est glebis: si quis manus admoveat, refrigerans: tactuque linguæ usque adeò glutinosa, ut pensilis hæreat. Huic effectus idem qui Cimoliæ, paulò tamen infirmior. Hanc porrò aliqui pro Eretriade videntur.

De Testis. CAP. CLXXVIII.

FORNACEÆ Testæ vchementer tostæ, crustas ulceribus obducunt: quare prurigini & papularum eruptionibus ex aceto inunctæ medentur. Podagrīcis etiam profundunt: & cerato exceptæ, strumas discutiunt.

Rr. j.

Deterra Fornacum. CAP. CLXXXI.

FORNACVM terra, quæ quidem retosta ru-
fescit, eiusdem est cum testis effectus.

Deterra Melia. CAP. CLXXX.

IMITATVR & Melia colore cinereum E-
tretiam: aspera autem animaduertitur,
etiam dum digitis atteritur, adeò ut strido-
rem quandam edat, qualem pumex quando-
deraditur. Vix habet aluminosam, sed re-
missiusculam: id quod & gustu deprehendi-
tur. Leniter quoque linguam taetu siccata.
Corpus mundum ac probè coloratum red-
dit: pilos extenuat: vitilignes ac lepras exte-
xit. Piatoribus etiam usum præbet, vt colores
diutiùs perennent. Emplastris viridibus effi-
caciter inseritur. Porro tum ex hac terra, tū
& alia omni in vniuersum eligi debet mi-
nimè lapidosa, recens, mollis ac friabilis,
quæque cùm humorem attigerit; facile re-
solvatur.

Deterra Ampelitide.

CAP. CLXXXI.

EX Ampelitide terra, quam Pharmacitini
Equidam nominant, quæque in Seleucia
Syriæ nascitur, laudatur imprimis nigra &
paruos piceę carbones referēs, assulosè quo-
dam modo scissilis & æqualiter splendens:
quæque insuper trita citò liquefcit, si olei a-
liquantulū affundatur. Vitiosa censetur can-
dida,